



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Michaël de Vrrea.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*IESVS*  
*MARIA.* rent IESVM & MARIAM  
pronunciauere, atque vixê-  
re.

*Hispanus.*  
*in Perua-  
na.*  
*apud.*  
*Ciuncas,*  
*28. Aug.*  
*1597.*  
*etat 42.*  
*Pauper-  
tas.*

*Mortif.*

P. Michaël de Vrrea.  
In Peruuium anno 1585.  
traiecit: duo gentis idioma-  
ta confestim perdidicit. Re-  
ctoris officium cum lachry-  
mis deprecatus, paupertatis  
impensè amans, angulum  
pro cubiculo habuit, quod  
illum vix caperet, atque in  
quo ob loci humilitatem  
erectus stare non posset. Re-  
liquarū virtutum diues cùm  
eslet, super alias ditior fuit  
seuerâ in se asperitate, ac hu-  
militate. Cibus illi herbæ, ac  
radices: lectus in farmentis,  
quotidiana & cruenta flagel-  
latio, nulla humana solatia  
in ærumnis. Anno 1596. ad  
Ciuncas primus è Societate  
destinatus, quotidie se crué-  
ta-

tabat, alijsque corpus mace-  
 randi modis animū excole-  
 bat, parabatque arduæ illi  
 expeditioni. Ciuncarum fi-  
 nes per asperrima montium,  
 fluminum, siluarumque in-  
 gressus, *Te Denū laudamus.*  
 Deo dixit; vnicus in illa bar-  
 barie; quæ tamen est vrba-  
 ni vt cumque genij, & capa-  
 cis ac non inuiti ad meliora,  
 sed & quo retinentioris vte-  
 rum superstitionum, quas  
 exuere rarum atque perdif-  
 fice est. Auis, idolum ver-  
 sicoloribus pennis varium, *Auis ido-*  
 illis erat in pretio atque cul-  
 tu. Illud quia deiecit Mi-  
 chaël, displicuit etiā illi Dy-  
 nastæ à quo præcipue ama-  
 batur. Eam ob causam Ca-  
 ciquij ligneis acinacibus il-  
 lum, alter profundè in ca-  
 pite, alter in facie, vulne-  
*Fides.*

L 6 ra-

rauit: vnde mors brevi consecuta; illo interea pro ijs orante à quibus fuerat sic concisus. Affirmauere indigenæ, motam postea terram fatiscentem in rimas, cœfisis nonnullis prædijs; & vi fa persæpè lumina, quæ nocte intempestâ tumulo incubabant, fusō plurimo circumquaque splendore; atque nebulâ nonnunquam inde surgente, ac se per eam regionem expandente. Eum qui eius ossa exarare parabat, nebula inde repente prorumpens absteruit. Sicarij confessantes plerique à leonibus, atque rigidibus è lacu erumpentibus discepti: superstites alij, qui fugâ sibi consuluerant, odio ab alijs habitu, lapidibus appetiti, deinde in vico suo leprâ pe-  
sti-

Mors.

stilente absumpti sunt ; adeò  
vt nemo iam eorum qui ne-  
cis autores fuerant supereſ-  
ſet. Corpus tandem hono-  
rificè translatum est.

P. Jacobus Antonius Gianno-  
nius.

Illibatæ virginitatis ad mortem vsque fidelis custos præclara illius documenta præbuit contra eos à quibus tētabatur. Literis è Iaponia lectis mortis cruentæ pro fide oppetendæ desiderio accensus , vt cò eâ de causâ proficisci posset , Societatem petijt : atque illâ impe- tratâ breui Goam, & Macaū, denique in Iaponiam appul- sus est . Literæ illius plenæ erant desiderio , vt in mille frusta discerperetur . aiebat autem ; se martyrium non desiderio tantùm , sed spe quo-

Italus.  
Xamaba-  
ræ.  
21. Aug.  
1633.  
xiat. 56.  
Soc. 37.

Vocatione.